

cap. 4. Imò sine eâ nec Iovis sceptrâ tuta existunt, ut ex Uldarico Zasio refert Theod. Reink. lib. 2. clas. 1. c. 1. n. 12. Videatur Herm. Lather. de censu. lib. 2. c. 6. n. 6. cum seqq. & quando facinorosi dimittuntur, contaminantur lætitiæ, & gaudia hominum, l. 3. C. de Episc. audien. Nam juxta Sixti V. Pontificis veriverbium: Qui scelesto uni mortem infert, vitam bonis centum tuetur, sicut è converso, qui scelestum unum tolerat in vitâ, centum bonis diem adimit Annib. Scot. lib. 3. commen. in Annales Taciti, p. 212. n. 45. Herm. Lather. de censu. lib. 2. c. 8. n. 20. 21. Meritò igitur judiciorum criminalium defectibus, & confusionsibus natis exinde, quod homines criminalibus negotiis adhibiti isti, qui juris Casarei ignari, cæterisq; in rebus ad judicia, eorumq; exercitationem pertinentibus cæci, & ad lites tam arduas, tamq; gravissimas decidendas, tam apti & idonei fuere, quantum rota quinta ad currum, vel Marsyas ad cantum, sanis consiliis occurritur. ut judiciorum vigor pristino statui, abdicatis abusibus, reddatur. Quî enim jus per rerum naturam à juris imperitis dici potest, vel ad stivam natis? ut ait Pollet. lib. 5. hist. Huc pertinentia tradit Vir Magnus Dn. Christ. Besold. 2. polit. 3.